

Mythologia, Venise, 1567 - V, 09 : De Faunis

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre X

Ce document a pour résumé :

[Mythologia, Venise, 1567 - X \[51\] : De Faunis](#)

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre V

[Mythologia, Francfort, 1581 - V, 09 : De Faunis](#) est une version augmentée de ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre V

[Mythologie, Paris, 1627 - V, 10 : Des Faunes](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre V

[Mythologie, Lyon, 1612 - V, 09 : Des Faunes](#) est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Citer cette page

Conti, Natale, *Mythologia* Venise, 1567 - V, 09 : De Faunis, 1567

Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle)

Consulté le 25/02/2026 sur la plate-forme EMAN :

<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/860>

Copier

Présentation du document

Publication Venise, Comin da Trino, 1567

ExemplaireMunich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ) , Res/4
Ant. 50
Formatin-4
Langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination142v°-143r°

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses[Faunes](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière
modification le 25/11/2024

Mythologia

Imbribus Immodicijs ut Iupiter arua rigabit.

- Vbi igitur illa nubecula euauerit, quam asini Præsepe vocauit Theophrastus; quod quidem accidit ob condensatum humorem, cum illa sit tenuis, ac debilis, illæ dux stellæ videntur fieri propinquæ, atque id futurum tempestatem significat. Illud autem sit, ut videantur congregari, quia corpus diaphanes vaporum in aquam propè versorum radios oculorum infringit, neque patitur frequentes ad rem conspectam peruenire, quare non potest deprehendi vera distantia, atque hæc fabulose de Sileno, de quo eius Asino dicta sint. Hunc Bacchi comitem, senem, ventricosum, titubantemque dixerunt, quia vinum & ebrietas cum obesos faciat & ventricosos, tum caput plerumque grauat, & titubantes facit, & ad senectutem citius perducit; hæc enim omnia incommoda, & corporis turpitudines idcirco Bacchi comites finxerunt. quidam putarunt Silenum fuisse Bacchi alumnum, quia vinorum vetustas, omnes etiam prædictas turpitudines augeat. Idcirco dicebatur ab asino veli solitus, quia tardi sunt plerumque & inutiles negotiis, qui plus potare solent, quam conueniat: nam voluptates omnes parum conferunt humanæ vitæ; quippe cum non animum solum, sed corpus etiam rebus omnibus inuile resisdant, si plus operæ illis detur, quam natura ipsa postulauerit. ad huius rei sempiternam memoriam & commemoracionem antiqui eius asinum inter sidera collocatum fuisse tradiderunt. ac de Silenis satis nunc de Faunis dicamus.

De faunis.

Cap. I X.

- Fauni etiam agricolarum Dei ab antiquis crediti fuerunt, qui, vel qui essent, vel quam haberent formam, nihil est omnino quod ab antiquis scriptoribus percipere possimus: nisi quod Faunus quidam fuit Pici Latinorum Regis filius, qui regnavit in Italia, quo tempore Orpheus liberi patris illa sacrificia instituit, in quibus postea fuit dilaniatus. Faunum fuisse Pici filium in testatur Virg. lib. 7.

Fauno Picius pater, isque parentem

Te Saturne refert; tu sanguinis vltimus autor.

- Floruit autem Faunus Latinorum Rex, quo tempore Pandion regnavit Athenis. Hic religionem, & Deorum immortalium nectum Italis gentibus introduxit, ut ait Lactant. in lib. de falsa religione, cum ante illum parua omnino, aut nulla ellet religio in Italia cognita. fama est hunc Faunum Satyrorum ac Faunorum fuisse patrem, sororemque habuisse Faunam, vel, ut alii maluerunt, Fatuam. Habuit filium Sterculium; qui primus agrorum stercorationem inuenit, & idcirco inter Deos fuit relatus. videntur mihi poetæ, quamuis nihil certum affirmare possum, Faunos animalia potasse, cum tanquam equos cornipedes illos Quidius appellauerit; ita in a. Falloorum;

Cornipedi Fauno cæsa de more capella.

Venit ad exiguas turba vocata dapes.

Tribuerunt illis cornua præterea, ut testatur idem in eodem libro;

Tertia post idus nudos aurora Lupercos

Aspicit; Fauni sacra bicornis erunt.

Coronabantur pineis ramis, quod illa arbor grata sibi esse putaretur, ut testatur Ouid. in Ornone;

Corni-

Cornigerumq; caput pinu præcinctus acuta
Faunus in immentia, qua tumet Ida, iugis.
Existimabantur à nonnullis esse dæmone, qui artonitos redderent oēs ob-
uius, vt est apud Ouidi. in Phædra;

Nunc feror, vt Bacchi furiis Eleecides ætæ,
Quæq; sub Idæo tympana colle movent.
Aut quas semidæ Dryades, Fauniq; bicornes
Namine contactas artonuere suo.

Hic igitur Faunū siue fuerunt animalia, siue dæmone crediti, omnino p. Diis
ab agrestibus hominibus colebantur, sicuti testatur Virg. in primo Georgi- 10
gicorum, hoc pacto;

Et vos agrestum præsentia numina Fauni.

Hic capra mactabatur, vt patuit è superioribus carminibus Ouidi. neque ab
antiquis scriptoribus Græcis Fauni celebrati sunt, quia Faunus, vt diximus,
in Italia regnauit; & solis prope Italici fuit cognitus. Hic quoniam multa
ad Deorum religionem instituit, multaq; ad agriculturam excogitauit. inter
Deos relatus fuit agrestium. At quoniam non nisi per nouas & admirabiles,
aut etiam formidandas figuras Deorum metu multitudo imperitorum tene-
ri poterat, idcirco & cornua, & cornei pedes, & terror ille Panos non dis-
similis, Faunis additus est: quippe cum multa fuerint ad terrorem excogi- 20
tata ab antiquis, vt qui ad cultum Deorum rationibus adduci non possent,
rerum terribilium mirabilitate demum ad metum cultumq; eorum impel-
lerentur. At cum non plura his de Faunis habeamus, nunc de Syluano est
dicendum.

De Syluano.

Cap. X.

Obscurū sanè & ipsius Syluani genus, vt pote agrestis Dei, existit quip-
pe cum neque qui fuerint eius parentes, neque è quibus, aut quo in lo-
co natus sit, constet. Fuerunt tamen qui Fauni filium putarint, cum alii 30
Saturni maluerint, quo tempore in Italia latuit. vnum satis constat Sylua-
num fuisse Syluam Deum, pastorumque, & finium agrorum, vt ait Hora.
in lib. Epodon in his;

Qua muneretur te Priape, & te pater

Syluane tutor finium.

Hic Deo sacra fiebant antiquitus apud Latinos, vt pastorum præfidi, cuius
nulla est mentio apud Græcos, nisi apud Pelasgos, qui in Italiam antiquitus
migrarunt, vt testatur Virg. lib. 8.

Syluano fama est veteres sacrasse Pelasgos

Aruorum, pecoriq; Deo, lucumq; diemq;:

Qui primi fines aliquando habuere Latinos.

Offerebatur illi etiam lac, vt testatur Horat. in lib. secundo Epistolarum, in
hoc carmine;

Tellurem porco, Syluanum lacte piabunt.

Fama est Cyparissum puerum fuisse à Syluano amatum, quare vbi in arbor-
em sui nominis mutatus fuisset, cupressum manibus semper gestasse Sylua-
nus dictus fuit, vt testatur Virg. lib. 1. Georg.

Et teneram ab radice ferens Syluane cupressum.

Neque